

tro datum. Hic omnem militarem disciplinam,
 artemque bellandi condidit. Itaque mirum in
 modum exercita juventute, provocare ausus
 Albanos, gravem & diu principem populum:
 sed quum pari robore frequentibus præliis utri-
 que comminuerentur, missio in compendium
 bello, Horatiiis Curiatiiisque, tergeminis hinc
 atque inde fratribus, utriusque populi fata
 per-



Tullus Hostilius] *Qui in Hostiliae gentis N. apud F. Ursinum.*

Civit. 3. 15. Ruffus. Virgil. Æn. 6.
 §13. Camers.

SALMASII.

3. Horatiiis, Curiatiiisque] Nazarianus: *Curiatiiisque.*

Utriusque populi fata commissa sunt] Nazarianus & Jordanis Codices: *fata permissa sunt.* Haud paulo melius.

FREINSHEMII.

Hic omnem, &c.] An non antea cum Romulus? haud dubie, quomodo ergo hic *omnem militarem disciplinam condidisse* dicitur? *Condere* igitur Floro est perpolire, corrigere, & quasi ex integro re-

stituere, sicut Ecbarana Seleucus condidisse dicitur apud Plin. 6, 14. gentem Tyriorum Alexander apud Justin. 18, 4, 1. imperium Carthaginensium Mago apud eundem, 19, 1, 1. ita Augustinus *faciendi* verbo utitur, ubi templum Jovis Feretrii fecisse dicit; in monumento Ancyrano.

2. *Principem populum*] *Princeps populus* est, qui reliquis plus potest polletque. hoc ante Romanos in Italia Albani erant, *diu*, CCCC. nempe per annos. Servius ad Æn. 1, 276. Nam quod Virgilius, & Justinus 43, 1, 13. CCC. duntaxat mentionem faciunt, hoc est, usque urbem conditam.

SAL-